



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporvm Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Testamentvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

excommunicatione, si est simili pte
lata, prout in cap. super eo, ill. 2. cap. ad hec,
Eccl. venerabilibus, de sent. excommunic. lib. 6.
Et extra, de ver. signif. Navar. cap. 26. nro.
70. Staph. de lit. just. fol. 262. num. 2. si
est suspensio temporanea; vide in ver. in-
terdictum, §. ult.

Ad quintum, vide Abb. in cap. 2. num.
8. ut clericorum, num. 1. de vita & honest.
clericoru.

Ad sextum, vide Abb. in cap. 2. de solut.
& ibi additio. Sebast. Sap. lit. C. sed Inn.
in cap. cum medicinalis, num. 3. & 4. dat
generalem Regulam, quod nunquam
quis suspensus, vel interdictus sit irregu-
laris, nisi quando exerceret aliquid, quod
sit delictum ordinis. Ratio est, quia pœ-
næ non sunt extendendæ, ut si quis sus-
penderetur à collatione beneficiorum,
quia non est ordinis, si à pontificalibus, si
consent ordines, non sit irregularis, ino-
si celebrat in pontificalibus, non est irre-
gularis, quia pontificalia non sunt de es-
sentiâ ordinis, tunc enim solù incurritur
irregularitas, quando quis est suspensus
ab officio sive ab exequutione officii, vel
à celebratione Missæ, vel à divinis. Hosti-
on. Summ. sit. de dispensat. §. sunt autem ca-
sus, num. 14.

Ad septimum respondetur, quod si fi-
at ista prohibitio in scriptis, tunc ille est
suspensus, & celebrando efficitur irregu-
laris, si fiat oretenus, neutrum, quia non
est presumendum, judicem sic prohi-
bentem, velle esse suspensum, si est infe-
rior Episcopo, per cap. 1. de sententia ex-
communicatione lib. 6. & cap. sacro eo titul.
Navar. conf. 3. de presumpt.

T E R M I N U S.

Terminus, in judicialibus habet dubi-
um, an dies termini non computetur,
vel an currat de momento in momen-
tum? vide gloss. in cap. anteriorum, 2. qd.
6. in ver. dierum, & quomodo cognoscatur,
quando dies computetur? vide
Gom. in cap. 2. num. 56. de rescript. libr. 6.
& in quest. 37. de infir. resignant. ubi dat
pulchram regulam, quod quotiescumque
loquitur cum præpositione A, dies non
computetur, Marant. 6. par. de appell.
num. 214. & infra. vide Tiraq. de utroque
rectitu. ill. 1. gloss. 2. nro. 16. vide omnino
Navar. in consil. 31. de præb. ubi limitat
quando præpositio A, vel Ab, causat
computationem diei termini, & in tract.
de Iubil. & Indul. in Bul. Gregor. XIII su-
per illa verba, à primis vesperis, num. 16. vi-
de Gemin. in cap. 1. notab. 9. ubi ait, quod
dies citationis non computatur in tot
diebus dilationum, & in cap. cupientes, §.
hac generali, ver. quero an dies, ubi tenet
diem, in qua quis consensit electioni
computari, & sicut etiam dic de consen-
tiendo præsentationi, per ea quæ diximus
superius in vers. intrusus, ver. quero, & in
ver. ius ad rem, §. 2.

Quotuplex terminus possit præfigi ap-
pellationi à judice à quo, vide in ver. ap-
pellatio, §. 21.

T E S T A M E N T U M.

Primò, testamentum celans, vel ali-
quod instrumentum, tenetur criminе
falsi, Boer. dec. 827. num. 10. & dec. 292.
Hhh 3 ubi

ubi habes de celante informationes, processus, & alia huiusmodi.

Secundò, testamentum factum valet ad pias causas duobus testibus quæ possunt etiam esse ambæ feminæ, *cap. relatum, l. 1. de testam.* Covar. *ibi, num. 5.* Gemin. *questio 6. de infir. resig.* Guid. Pap. *quest. 538.* & Boer. *dec. 14. num. 14.* & ibi *Abb. num. 3..*

Tertiò, testamentum factum, ut mulieri succedant simul cum alio, an præsumatur illos succedere cum illo in capita, vel in stirpes, vide pulchram regulam, quam dat Afflict. *dec. 309. num. 3.* Exequitor testamenti potest propria auctoritate capere possessionem, & etiam sibi solvere, *Vinc. de Franc. dec. 204. num. 10. & 15.*

Quartò, testator, qui posuit animam suam, & bona sua in voluntate alterius, videtur jubere, omnia dari pro anima sua, *Innoc. in cap. cura tibi,* & ibi *Abb. de testam.*

Quintò, testamentum factum ab excommunicato, vel Notario excommunicato, vel cum testibus excommunicatis, an valeat? Vide Anch. *in cap. cernimus, nu. 8. de sent. excommunic. circa fin.*

Sextò, testamentum de iure civili septem requirit testes, si sit in iure, quinque testes, *l. hac consuetissima, l. si. C. de testam.* Similiter in codicillis, de iure vero Canonicæ, quot testes sufficiant ad pias, vel non ad pias causas, vide Abb. *in cap. cum esses, à num. 4. & infra de testam.* & quomodo observetur in foro seculari, vel Ecclesiastico, vide addit. Sebast. Sap. *in litera C. & D. & in cap. relatum, eod. tit. num. 3.* ubi dicitur, an isti testes duo debeant esse rogati, & ibi videtur, quod non.

Septimò, quando testamentum, sive legatum dicatur ad pias causas, vide eundem, *num. 7.* & generaliter, quando relinquitur aliquid pro anima, gloss. & ibi Bar. *in l. si quis Tilio, ff. de leg. 2..*

T U T O R.

Primo, ad quid tenetur pupillo de interesse, vide Sylv. *in ver. tutela, §. 4.*

Secundo, & est casus practicabilis, quod utor, seu eructor omnes pecunias, les mobilia pupilli, quæ ad nihilum valent ei servata, debet ponere, vel ad annos census, vel emere prædia, vel quid simile, alioquin teneretur ad omne interesse ipsi pupillo, *cap. per vestras, de donationibus, inter vir. & uxor. in fine.* & ibi gloss. *in fine, & gl. in cap. pen. 12. quest. 4.* Cov. *li. 3. cap. 2. in prim. & cap. 7. num. 2. var. refol.* Abb. *in cap. 1. derestit. in integr. Selv. loco citato, num. 3. ver. 3.* & idem censetur de Prælato, seu Rectore erga utilitatem Ecclesiæ procurandam, ut augeantur redditus ipsius, *gloss. in dict. cap. pen.*

Tertiò, quando sunt plures, habent beneficium divisionis, licet in solidum tutelam suscepint, sed non ordinis, quando aliqui administraverint, alioqui non, licet aliquando habeant hoc beneficium, & tenentur ad reddendum administratoris computum usque ad triginta annos. Boer. *dec. 59. in l. neque patlio. num. 5. ver. primum, de trans.* ubi ponit tria beneficia, quæ ex æquitate possunt dari tutoribus: primum beneficium ordinis: secundum, beneficium divisionis: tertium, beneficium cessionis: vide pro practica quotidiana.

Quarto:

